





3.

3

1724, 6

9

DISPUTATIO ACADEMICA
DE
**MORTE VIM
IVRISIVRANDI
HABENTE**

PRAESIDENTE

AVGVSTINO LEYSERO,
IN AVLIS MAGNAE BRITANNIAE REGIS
ET BRVNSVICENSIVM DVCIS CONSILIARIO,
IN ACADEMIA IVLIA IVRECONSVLTO

PVBLICE DEFENSA

A

**LEOPOLDO ADOLPHO
DE
DVNCK-HERREN**

MEGAPOLITANO-STRELITZENSIS

D. SEPTEMBR. ANNI MDCCXXIV.

Helmstadt,

TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII,
ACAD. TYPOGR.



DISSERTATIO ACADEMICA

DE

MORTE VIM

IVRSIVRANDI

HABENTE

CAUSAM

AVGVSTINO FESSERO

IN ACADEMIA BRITANNICA REGIS

ET SOCIETATIS REGIAE LONDINENSIS

IN ACADEMIA BRITANNICA REGIS

BRITANNICAE REGIAE

LEOPOLDO ADOLPHO

DE

DANCKHERRIN

REGIALE ACADEMIA

SEPTIMAE ANNI MDCCXIV

LEOPOLDO

LEOPOLDO ADOLPHO

ADOLPHO





I.

Tria requiruntur ad hoc, ut iusiurandum a iudice impositum propter mortem pro præstito habeatur, integritas vitæ, seria oblatio & impeditio adversarii.

II.

Sola oblatio ad iurandum non efficit, ut iusiurandum, morte secuta, pro præstito habeatur.




Irca doctrinam, an & quousque iusiurandum alicui impositum, morte eius accedente, pro præstito habeatur, infinitæ sunt dissensiones. Lex clara deficit. Argumenta legum utraque pars, quemadmodum solet, fatis liberaliter adfert. Sed hæc, uti communiter, ita hic etiam adeo obscura longeque petita sunt, ut incertitudinem non tollant. Nec auctoritas ICtorum rem conficit. Stant enim ex utraque parte & pari fere numero viri celebres, atque sæpe in diversis libris diversas opiniones tuentur. Vfus fori etiam varius est, nec collegia iuridica super hac quæstione semper eodem modo respondent. Quum ergo in extricanda hac lite quatuor

A 2

illa

illa DD. idola, lex, argumentum legis, communis opinio & praxis, me destituant, superest recta ratio, ex qua, ne quid dissimulem, plerasque decisiones meas in maxima illa, qua laboramus, iuris incertitudine haurio, tunc etiam, quum leges, quippe quas in utramque partem facile trahi posse scio, in speciem allego. Nolo de regulis istis, quas dissentientes sibi invicem obiiciunt: *nemo moriens immemor censetur salutis eterna; &: non omnis moriens est Ioannes Evangelista*; disputare. Disputarunt de illis alii fatis. Nec operæ pretium est, argumenta, quæ ex variis legibus canonibusque eliciuntur, commemorari. Collegit omnia folicite Strykius in *diff.* quæ in volumine secundo dissertationum eius Hallensium quarta est, *de Morte loco iurisiurandi*, nec tamen lectorem certiozem dimittit. Nam quam regulam in *cap. 2. §. 2.* proponit: *Quoties iusiurandum ad perfectiorem probationem, maiorem securitatem, aut etiam decisionem negotii exigitur, toties mors acceptantis & in iudicio sese offerentis æqualem vim habet cum iureiurando*; eam deinde tot ampliationibus & limitationibus involvit, ut non difficile futurum sit iudici, si forte illi istiusmodi quæstio decidenda offeratur, sententiam suam, sive aientem sive negantem eligat, auctoritate Strykii munire, ac rationes tam dubitandi quam decidendi ex memorata dissertatione desumere. Et profecto regula hæc, quam facit Strykius, ita generaliter sustineri nequit. Fit sæpenumero oblatio vel a procuratore vi specialis mandati, solum servandi fatalis causa, vel ab ipso principali quidem, sed tentandi adversarii ergo aut mutandi deinde consilii animo. Evenit igitur nonnunquam, ut iussus iurare, quamvis se obtulerit, feria iurandi cogitatione vacet, atque adeo in termino vel omnino vel super certis capitibus iurare recuset, & ea, quæ



quæ paullo ante negarat, nunc adfirmet. Quæ rationes ordines Saxonix apud *Bergerum in Electis disc. for. pag. 577.* moverunt, ut doctrinam illam: mortuo post oblationem iuraturæ, iusiurandum pro præstito haberi; plane e medio tollendam esse existimarint. Ipse *Bergerus in Philocal. pag. 419. n. 2.* eam suspectam vocat, sed sustinet tamen *in Oeconomia iuris pag. 1116. n. 10.* Et sustineri potest, dummodo recte temperetur. Ego certe illam admitto, non tamen aliter, quam si tria hæc concurrant, ut primum appareat, offerentem virum integrum probumque nec de levitate suspectum esse, deinde, oblationem non tantum per procuratorem, sed ab ipso, & serio quidem, factam fuisse, tandem, præstationem iusiurandi non mero casu, sed facto quodam adversarii, e. g. tergiversatione in iurando de calumnia vel protestatione impositam esse, ut adeo culpa aliqua adversario imputari possit. Sola ergo oblatio nunquam, ut iusiurandum post mortem offerentis pro præstito habeam, efficit. Pertinet huc responsum Ictorum Helmstadiensium mense Aprilis anni MDCCCXIX. exaratum, quod tamen, quia primi requisiti rationem haud habuit, per omnia non comprobo: Das vierdte Gravamen ist wieder den pro præstito erkannten Eyd gerichtet. Nun läugnen wir zwar nicht/ daß der Cämmerer Keuter sich in einigen Stücken / sondernlich durch Verschweigung der Voglerischen Erbschaft/ verdächtig gemacht. Alldieweil ihm aber der übrigen Punkte wegen der Reinigungs-Eyd rechtskräftig zuerkannt worden/ er auch solchen abzuschwehren bereit gewesen/ und daran Anfangs durch Klägers Protestation nachgehends seinen Todt verhindert worden/ Kläger auch in dem übernommenem Beweis dieser Punkten halber nichts weiter ausgeführet/ die ichtige Beklagte hingegen von der

ganzen Sache keine rechte Nachricht haben / also das iuramentum credulitatis wegen selbiger Punkte abzulegen kein Bedencken tragen würden ; So haben wir nicht wohl anders gekonnt / als es bey dem rechtskräftig erkantem Eyde zu lassen / und solchen per ea, quæ habet *Carpzov. lib. 6. Responso 120. & Gail. P. 2. Obs. 43. pro præstito zu halten.*

III.

Aliquando mors vicem iurisiurandi eius, quod quis sponte, nulla prævia adversarii delatione aut iudicis impositione, obtulit, supplet.

Equidem *Strykius in memorata diff. de morte loco iurisiurandi cap. 2. §. 3.* mortem loco iurisiurandi in iis tantum sacramentis esse dicit, quæ vel adversarius, comprobante iudice, detulit, vel iudex ex officio imposuit. Excludit ergo haud obscure ea, quæ quis sponte obtulit. Et excludenda hæc sunt utique regulariter. Accidit tamen aliquando, ut & tale iusiurandum sponte oblatum non possit non pro præstito haberi. Habuerunt id pro præstito *ICri Helmstadiensis* mensè Maio anni *MDCCXVIII.* in huiusmodi facto. Vidua defuncti mariti hereditatem liberis suis nepotibusque cessura specificationem eius ediderat, addita in fine scripti formula iurisiurandi, sed, quia hanc non suffecturam animadverterat, solemne etiam seu corporale, ut loquuntur, iusiurandum obtulerat, atque commissarios, qui id a se reciperent, impetrarat, verum ante diem morte extincta fuerat. In ædibus mortuæ filius manserat & integrum patrimonium per aliquod tempus administrarat. Ab hoc itaque ceteri liberi nepotesque iuratam & paternæ & maternæ hereditatis specificationem exigebant. Et, quod ad materna quidem bona, eam nec detractabat reus, sed, ad paterna, sufficere specificationem
a ma-

a matre editam morteque confirmatam, dicebat. Nolebant hanc admittere actores. At nos secundum reum pronuntiavimus. Accedebant enim multa, iusiurandum scriptum, præsumptio maternæ pietatis, oblatio spontanea, petitio commissariorum, &, quod multum ponderis habebat, argumentum ex *Novella* 48, in qua similis ferre casus reperitur, desumptum. Addam verba responsi: Anfänglich ist der Streit wegen der großväterlichen Erbschafft zu entscheiden. Über solche hat die verstorbene Großmutter bey ihrem Leben ein Verzeigniß heraus gegeben/ demselben nicht allein eine eydliche Bestärkung angeheget/ sondern sich auch zu Ablegung eines körperlichen Eydes erbothen/ und zu solchem Ende eine Commission ausgebracht/ ist aber vor würcklicher Abschweh rung desselben Eydes verstorben. Bey solchen Umständen/ und da ohne des nicht vermuthlich/ daß die von Günthersberg ihre Kinder und Kindes Kinder durch eine unvollkommene Specification hintergehen und darüber meineydig werden wollen/ wird der offerirte Eyd den Rechten nach billig pro præstato geachtet/ und ist unvonnöthen daß der Beklagte weiter de credulitate schwehre.

IV.

Effata agonizantium dubiæ fidei sunt.

V.

Inculpatio lesi moribundi sola iudicium ad torturam non facit.

VI.

Quin imo nec ad carcerem sufficit.

Scripsit de effatis agonizantium dissertationem Strykius, quae in volumine Francofurtano primo est quinta. Legi eam solícite, atque hoc unum ex illa didici, effata agonizantium dubiæ maxime fidei esse, nec vim iuratae asser-

fertionis per omnia habere. Duo quidem sunt, quae ad fidem effatis istis conciliandam vulgo memorantur. Primum est, quod secundum *L. 6. C. Ad legem Iul. reperund. & can. 26. I. quest. 7.* nemo moriens immeror praesumitur vitae aeternae; alterum, quod morti proximi simulare & dissimulare desinunt. Ita certe *Lucretius*, vetus poeta & philosophus, *lib. 3. versu 57.*

*Nam vere voces tum demum pectore ab imo
Eiiciuntur, & eripitur persona, manet res.*

Verum enim vero illa salutis aeternae cogitatio tam efficax non est semper in morientibus, ut nullum affectibus in animo locum relinquat. Dubitavit iam olim de religione morientium *Glossa ad cap. 14. X. de Praesumpt. & notum est illud Baldi*: non omnis moriens est Ioannes Evangelista. Vidi ipse animam agentes, qui ambitionem, amorem, odium nondum deponebant, sed vix duabus ante mortem horis luculentissima eius signa dabant. Richelius Cardinalis, qui tamen libros de instructione & perfectione Christiani scripserat, morti vicinus gaudium de subactis inimicis adhuc testatus est, nec a sacerdote, ut illis ignosceret, commoveri potuit. Vide *les memoires de Madame de Motteville pour servir à l'histoire d'Anne d'Autriche tom. 1. pag. 115.* Lucretii quoque testimonium exemplis contrariis refelli potest. Sufficiet nobis unicum Tiberii, de quo *Tacitus Annali VI. cap. 50.* *Iam, inquit, Tiberium corpus, iam vires, nondum dissimulatio deserebat. Idem animi rigor, sermone ac vultu intentus, quaesita interdum comitate, quomvis manifestam detectionem tegebat.* Accedit, quod, sicut Iustinus Imp. in *L. 8. C. Qui testamenta facere possunt* ait, humana fragilitas, mortis praecipue cogitatione perturbata, minus memoria potest res plures consequi, seu, ut Iustinianus in *Novella 18. cap. 6.* hoc effert, pra-

præ tumultu mortis angustiatum multorum non memoratur. Denique ipsorum testium de eo, quod ex moriente audiverunt, deponentium fides vacillat. Loquuntur plerumque voce debili, ut vix exaudiri queant, moribundi; est sæpe ingens circa illos tumultus flentium, vociferantium, opem ferentium; qui adsistunt morienti, cognati eius sunt, adfines, familiares, heredes, propter hoc ipsum suspecti. Non ergo illis semper credendum esse, egregie ostendit Bayle in *Dictionaire historique & critique art. GVI-SE* (François de Lorraine Duc de) lit. E. Quæ quum ita sint, rectissime Vlpianus in L. 3. §. 1. de *Senatusconsulto Siliano*: Si quis, inquit, moriens dixisset, a servo vim mortis allatam esse sibi: dicendum est, non esse credendum domino, si moriens hoc dixit: nisi potuerit & probari. Ex qua lege regulam faciunt communiter: sola læsi moribundi inculpatio tanquam ex inimicitia proficiscens indicium ad torturam non facit. Extenderunt eam Icti Helmstadiensis mense Junio anni *MDCCXX*. eo, ut huiusmodi inculpationem nullis argumentis aliis firmatam ne quidem ad reum in custodiam mittendum sufficere existimarint: Wird Unterricht begehret / ob diese Inquisition von dem Rath nicht legal oder gar parteyisch tractiret und dadurch oder sonsten triffliche Ursach / die Commission dem Amibte aufzutragen / gegeben worden. Nun finden wir nach genauer Durchsehung der Acten nicht / worinnen es wohlgedachter Rath bey der angestellten Inquisition versehen. Dem obgleich dafür gehalten werden könte / es hätte der Rath den verdächtigen und von dem verstorbenen Rinnen selbst auf dem Todt-Bette beschuldigten Lambrecht zusehender in gefängliche Haft bringen sollen; so kan doch dem Rath ganz wohl zur Entschuldigung dienen / daß die Verhaftung eines in Verdacht kommenden starcke Indicia erfodere / gleich

B

wol

wol alhier es daran ermangelt / indem die blooffe Beschul-
digung eines auf dem Todt-Bette liegenden ohne andern
Beweis keinen Glauben findet / wenn zumahl / wie alhier /
die abgehörte Zeugen auch Mit-Interessenten nichts gra-
virendes wieder den Beschuldigten aussagen.

VII.

*Inculpatio lesi morte confirmata, si aliis argumentis ful-
ciatur, maximi ponderis est.*

QUod diximus in præcedente meditatione, incul-
pationem lesi moribundi non attendi, verum est
tunc saltem, quum ea nullis aliis argumentis & in-
diciis fulcitur. At quando indicia alia accedunt, incul-
patio ista magni imo maximi momenti esse incipit. Vi-
de *Constit. crim. art. 25. n. 6.* verbis: aus etlichen Ursa-
chen; & iunge *art. 27.* Offerebatur mense Ianuario an-
ni MDCCCXIII. Ictis Helmstädiensibus talis species. Puer
in rixa plurium graviter fauciatus, de auctore vulneris
interrogatus, statim ab initio vestem eius habitumque
corporis ita descriperat, ut descriptio hæc Duderstadio
cuidam, cuius nomen puer non norat, accuratissime con-
veniret. Domum deductus puer iterumque interrogatus
alium, Hennebergium, nominarat. Sed tandem morti
vicinus excusarat Hennebergium prioremque descriptio-
nem repetierat, atque sic exspirarat. Negabat uterque,
Duderstadius & Hennebergius, factum. Consulti nos de
eruedæ veritatis remedio Hennebergium absolvimus,
rationibus, quas in sequente meditatione memorabo, com-
moti, Duderstadium vero quæstioni subiecimus & inter-
rationes primo loco inculpationem occisi pueri posuimus.
Obitare quidem videbantur multa: Inculpans puer erat,
nec Duderstadium nominarat, sed descriperat saltem,
præterea in inculpatione ipsa fluctuarat. Sed quia tamen
ago-

agonizans Duderstadium designarat, hicque Duderstadius
 alius gravissimis indiciiis premebatur, non peccavimus
 profecto; ut ex responso ipso apparebit: Es ist Hans
 Caspar Duderstadt vor allen andern im Verdacht / das er
 den Mord an den entleibten Musicanten: Jungen Ludwig
 Christian Pfortnern vorsätzlich begangen. Denn anfäng-
 lich hat der ermordete selbst so wohl gleich nach der Schlä-
 gerey / da er nach der Stadt geführet worden / als auch
 auf seinem TodtBette den Thäter also beschrieben / das
 der Verdacht auf unsern Inquisiten fallen muß. Welche
 Aussage zwar daher / das sie von einem Knaben herkömmt /
 und darzu ziemlich zweifelhaftig ist / angefochten wird /
 unterdessen aber einiges Indicium machet. Hiernächst
 wird Inquisite auch durch die sämtliche Zeugen nicht wenig
 graviret etc. Bey dieser Bewandniß haben wir nach An-
 leitung der **Peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung art.**
34. ib. solches oder dergleichen: Duderstaden die
 peinliche Frage zuerkant / das er dem Scharff-Richter
 zu untergeben / der ihm die Daum- und Bein-Schrauben
 anlege und zuschraube / und / ob er die Wahrheit bekenn-
 en wolle / befrage / auch auf ferneres Verweigern ab-
 kleide / zur Leiter führe / anschnüre / aufziehe und / jedoch
 menschlicher Weise / torquire / mithin die Wahrheit zu be-
 kennen ermahne / 1. ob er nicht Ludwig Christian Pfort-
 nern den tödtlichen Schlag zugefüget / 2. womit er ihn ge-
 schlagen / 3. ob es nicht in der Meinung / besagten Pfort-
 nern um das Leben zu bringen / geschehen / 4. ob er ihm
 nicht dieserhalben zugeruffen: dich wollen wir todtschla-
 gen / 5. ob jemand bey ihm gewesen / welcher mit auf den
 entleibten geschlagen / 6. wer solches gewesen / 7. ob er nicht
 Pfortnern die auf dem Rücken habende Bag-Geige ent-
 zwey geschlagen / 8. und sich nachgehends dessen gerühmet /

9. ob er nicht Friederich Dessen gleichfalls zu Boden geschlagen / 10. was für ein Instrument er hierzu ge-
braucher.

VIII.

Exculpato læsi moribundi ad absolvendum reum sola sufficit.

IX.

Exculpato etiam videtur, qui tertium quendam inculpat.

X.

Exculpato hæc prodest quoque ei, quem læsus prius inculpaverat.

Longe maius pondus habet excusatio læsi moribundi. Adiuvant eam multa, favor defensionis; præsumptio veritatis in ore morientis, testimonium ipsius inimici longe fortissimum, clara dispositio legis 2. de Scto Silamiano. Igitur recte Mascardus de Probationibus vol. 3. conclus. 1130. n. 1. *Offensi, inquit, excusatio facta in mortis articulo pro inculpato tollit & enervat omnes vires, & effectum omnium præsumptionum & indiciorum, quæ erant adversus inculpatum, adeo, ut ex eis non possit torqueri.* Adde Martini *Analecta forensia* iii. 20. §. 2. n. 82. Pro excusatione autem habendum est, quando læsus tertium quendam inculpat. Tunc enim implicite reliquos excuspat. Quare quum Duderstadius ille, de quo in præcedente meditatione dixi, tortus nihil fateretur, acta iterum ad nos mittebantur, & quid de ceteris correis statuendum esset, quærebarur. Duo ex illis post Duderstadium maxime suspecti erant, Gebbertus & Hennebergius. Sed utrique excusatio pueri occisi proderat. Nam Gebberto descriptio interfectoris, quam puer fecerat, plane non conveniebat. Hennebergium vero incusarat ab initio puer, sed deinde iterum excusarat. Quæ postrema excusatio præse-

ferenda utique erat priori accusationi, ut recte post alios sentit *Mascardus d. conclus. 1130. n. 12.* Sic itaque mense Februariario anni *MDCCCXIII.* responsum fuit: Nach Duderstädten scheint auf Andreas Gebberten des begangenen Todtschlages halber der größte Verdacht zu fallen / indem er selbst / brave um sich geschlagen zu haben / bekennet / fernher ein Zeuge fol. 29. vermüthet / daß / weilien außser ihm und Duderstädten niemand im Felde gewesen / sie beyde den Mordt begangen / und Testis 14. fol. 152. daß er und Duderstadt den Musicanten Jungen angetroffen / aussaget. Hierwieder aber kommt ihm zu statten / daß seine Person mit der von dem verstorbenem Knaben gemachten Beschreibung des Thäters ganz nicht übereinkommt / hiernächst kein einiger Zeuge bey der endlichen Verhör ihn dieser Mordthat deutlich beschuldiget / vielmehr Testis 2. fol. 157. daß Gebbert gleich wieder gekommen / deponirt / auch Duderstadt selbst bey der Marter fol. 277. b und 278 / daß er weder auf ihn noch einen andern Vermuthung habe / beständig bejabet; So haben wir bey so geringen Indiciis auf kein weiteres medium eruendæ veritatis gehen mögen / sondern Gebberten nur außserordentlich / seiner bey der Schlägerey begangenen groben Excesss halber / bestraffet. Gleiche Bewandniß hat es mit Caspar Hennebergen. Denn ob wohl der erschlagene Knabe ihn zum Thäter angegeben / er auch der erste gewesen / so herausgekommen / und die Schlägerey mit angefangen / überdies die andere an den Ort / wo der Knabe erschlagen worden / geführt / auch zu einigen von der andern Parthey / daß er sie todtschlagen wolle / gesaget; So ist doch dagegen wohl in Betrachtung zu ziehen / daß der Knabe die auf Hennebergen gelegte Beschuldigung wieder zurück genommen und Duderstädten aufgebürdet / die gemachte Beschreibung auch Krafft des obrigkeitl. Attestats

mehr auf diesen als jenen fället/ ferner Henneberg gleich anfangs zum Frieden geredet / und die Gemüther zu befänstigen gesucht/ zudem keiner von den Zeugen/ daß Henneberg etwas in Händen gehabt/ und damit geschlagen/ gesehen haben will/ endlich aus der von den Zeugen ad art. 105. Igethannen Aussage/ daß sie den Ort/ wo die Bass-Geige gelegen/ alle zusammen gleich gesehen und gefunden/ erhellet: Diesemnach/ und da ihm Duderstadtens Entschuldigung gleichfalls zu statten kommt/ ist er nur mit 3. wöchentlicher Gefängnis oder um 21. rthlr. bestraffet worden.

XI.

Inculpatio correi etiam extra torturam morte confirmata indicium ad torturam facit.

VT inculpatio correi fidem mereatur, quinque requirit Imperator in *Constit. crim. art. 31.* Addunt his interpretes veteres recentioresque, *Clasen, Ludovici, Beyer ad h. art. sextum*, ut nominatio correi in tortura fiat. An necessarium hoc vero sit, alio tempore disquiram. Dico faltem in præsens, inculpationi in tortura factæ, si vel maxime torturam necessariam putamus, æquipollere eam, quæ morte confirmatur, si scilicet apparet, inculpantem correum respuisse animumque maleficum exuisse. Quodsi enim tortura, res illa fragills, tantum ponderis habet, ut fidem delinquenti, obstinato adhuc & malevolo, adversus *L. 17. C. de Accusationibus* conciliet, non video, cur ille pœnitens & cum pietatis sensu moriens eandem fidem habere non debeat. Maius est, mortem a iudice decretam, quam torturam sustinere. Adde *Carpzovium*, qui in *Quest. crim. 108. n. 57. 58.* inculpationem focii criminis, sive sponte deposuerit, sive ad interrogationem iudicis responderit, concurrente alio argumento, indicium facere, ait. *Vsus vero sacræ*

sacrae coenae & pia mors sine dubio tale argumentum est.
 Exemplo rem illustrabo. Mittebantur mense Ianuario
 anni MDCCCXIV. ad ICtos Helmstadiensis acta, in quibus
 contra reum de atrocissimo rapinae & vis publicae crimi-
 ne suspectum ob levitatem indiciorum primus torturae
 gradus decretus fuerat. Accesserat ad haec indicia deinde
 inculpatio correi constans extra torturam quidem facta,
 sed multis verosimilibus circumstantiis stipata & usu sa-
 crae coenae atque morte admodum devote confirmata. Iu-
 dex igitur priorem sententiam exsequi dubitabat, & nos
 prius, annon ob novum hoc indicium torturae gradus au-
 gendus esset, consulebat. Affirmavimus, hancque conce-
 pimus sententiam: Das Inquisit Hans Michael Körbel
 auf die im vorigem Urthel vorgeschriebene Art dem Scharff-
 richter zu untergeben/ und/ daferne er nichts desto weniger bey
 seinem Leugnen verharren solte/ noch ferner an die leiter
 anzuschnüren/ aufzuziehen/ und/ jedoch menschlicher Weise/
 zu torquiren/ dabey/ auffer die im letzterem Urthel enthal-
 tene Artikel/ auch darüber/ ob er nicht Hans Martin Wi-
 helm sein auf ihn gethanes Bekänntniß zu wiederuffen
 überreden wollen/ was er mit den von seinen ehemahligen
 Mägden angegebenen verdächtigen Personen so heimlich
 und vertraulich gesprochen/ zu befragen; Wenn er nun die
 Wahrheit zu bekennen versprechen wird/ ist er nicht in/ son-
 dern nach erlassener Marter über obige Artikel nochmah-
 len zu vernehmen/ seine Aussage/ wie sie aus seinem Munde
 fällt/ ohne ab oder zuthun/ fleißig anzuzzeichnen/ und
 des dritten Tages hernach in Abwesenheit des Scharff-
 richters auch auffer dem Orte der Peinlichkeit hinwieder
 zu befragen/ und seine Antwort gleichfalls nieder zu schrei-
 ben. Worauf/ und wenn solches alles vorgeschriebener
 massen geschehen/ so erget in der ganzen Sache allent-
 hal

halben ferner/ was sich zu Recht gebühret. Et has addi-
dimus rationes: Es seynd zwar allbereit vor Einholung
des letzteren Urthels ziemlich starcke Indicia wieder Hans
Michael Körbeln vorhanden gewesen/ indem der mitgefän-
gene Witzel beständig auf ihn bekennet / er selbst keinen
Ort/ wo er in selbiger Nacht/ da der Diebstahl geschehen/
sich aufgehalten/ recht angeben können/ bey seinem Vorge-
ben sehr variiret/ und Lügen überführet worden/ dasjenige/
was Christian Trümpelmann vor ihm ausgesaget / durch
sein Bekänntniß fol. 27. & 28. widerleget/ endlich aus einer
gottlosen Familie/ welche sich durch stehlen und falsches
münzen verdächtig gemacht / entsprossen. Jedoch / da
solche Indicia noch einigen Zweifel haben/ so hat damahlen
auf einen höhern gradum torturæ, als welcher in dem Ur-
thel enthalten/ nicht wohl gesprochen werden können. Nach-
dem aber ferner darzu gekommen / daß der Mit-Inquisit
Witzel diesen Körbel/ als ob er im Gefängniß mit ihm ge-
sprochen/ unterschiedenes von dem Diebstahl gesaget / und
ihn zu Wiederruffung seiner Aussage beredet/ beschuldiget/
dieses Vorgeben auch durch den alten Wächter ziemlich be-
stärcket wird / hiernächst obenangeführter Witzel sein auf
Inquisition gethanes Bekänntniß bey Empfangung des heil-
igen Abendmahls und endlich bey seiner Ausführung zur
Nichtstatt wiederhohlet und darauf den Todt erlitten/
*Nam si inculpatio correi devoto sacramenti cœnæ usu & mor-
te confirmetur, omnis suspicio falsitatis & malitiæ elidi solet,*
Mevius Consil. II. n. 13. arg. consil. crim. art. 31. n. 5. So seynd
wir den im vorigen Urthel gesetzten gradum torturæ zu
schärfften bewogen worden. Vnum tamen dissimulare
non possum. Inter rationes decidendi memorata fuit
Mevii auctoritas. Sed hoc per errorem factum est. E-
quidem *Mevius in Consil. II. n. 13. sacramenti cœnæ devo-*
to

to usu & ipsa morte omnem suspicionem falsitatis & malitiæ elidi, ait. Verum Mevius ibi rationem dubitandi saltem proponit, eamque deinde ipse n. 40. & 41. refellit. Itaque Mevius re vera nobis contradicit, & frustra tanquam consentiens allegatur. Puto tamen, auctoritatem Mevii propter ea, quæ supra dixi, facile collapsuram. Ceterum eundem in modum iterum mense Maio eiusdem anni respondimus: welches eines von den stärcksten Iudiciis ist / die beyde bereits iustificirte Diebe Witzel und Körbel von ihm bekennet / das er das Brecheisen mitgebracht / die Thüren und Kästen aufgebrochen / den von Hacken gebunden / und die geraubte Sachen theilen helfen / solches ihr Bekenntniß auch durch den darauf erlittenen Todt bekräftiget etc. So haben wir uns bewegen lassen / Inquiliten den schärffsten Grad der Tortur zu zuerkennen.

XII.

Testimonium iniuratum sed morte confirmatum aliquando iurato equipollet.

Iurisiurandi religione testes omnes, priusquam perhibeant testimonium, arctari præcipit Constantinus in L. 9. pr. C. de Testibus, nulliusque testimonio, quantumcunque religiosus existat, nisi iuratus deposuerit, in alterius præiudicium debere credi, dicit Honorius III. Pontifex in c. 51. X. de Testibus & attest. Hinc iusiurandum substantialem testimonii solennitatem esse, quæ nec statuto nec consuetudine remitti possit, ait Mevius in Ius Lubec. P. 5. tit. 7. art. II. n. 2. 3. Et morte vicem eius suppleri posse, simpliciter negat Strykius de Morte loco iurisiurandi cap. 3. §. 7. Nos quoque hanc Strykii regulam probamus, sed limitationes tamen eius, quas Strykius omnino reiicere videtur, admittimus. Nam si vel maxime ex Strykii

C

fen-

sententia iusiurandum in testimonio necessaria quaedam
solemnitas est, tamen nullum negotium est tam solemne,
in quo non aliquando solemnitates omissae per æquipol-
lens suppleantur, cuius rei luculentum exemplum in tes-
tamentis occurrit. Quidni ergo in testimoniis idem fie-
ri queat. Equidem mors testis, si nulla adminicula con-
currant, vice iurisiurandi non est. At si adminicula qua-
dam adsint, mors loco iurisiurandi poterit haberi. Huc
pertinet, quando testis mortuus honoribus & dignitate
conspicuus fuit, quem casum habet *Mevius in Consul. 45. n.*
96. sqq. Certe in Bohemia, Austria & Bavaria sola digni-
tas testi sine iureiurando fidem conciliat, teste *Gaillo lib. 1.*
Observ. 101. n. 14. Conciliabit ergo eam magis apud nos,
si mors accesserit. Itaque ICTi Helmstadienses in tali ca-
su mense martio anni MDCCCXVI. testimonium scri-
ptum & iniuratum admiserunt: Kläger beschwehret sich/
daß ihm des verstorbenen geheimbden Cammer-Rath
Krauts unbeschwornes Attestat zu recognosciren anbefoh-
len worden. Nun ist zwar andern/ daß dergleichen ohne
Eyd ausgestellte Zeugnisse in den Rechten schlechten
Glauben verdienen. Alldieweil aber selbige nicht ganz zu
verwerffen seynd/ sondern gleichwohl einigen Beweis oder
wenigstens eine starcke zum Reinigungs-Eyde sufficiente
præsumtion machen/ ja bey gewissen darzukommenden
Umständen fast einem beschwohrnem Zeugnisse gleich ge-
achtet werden/ sünemlich/ wenn der Zeuge/ wie im ge-
genwärtigem Fall/ eine vornehme und angesehenene Person
ist/ oder das Zeugniß durch seinen Todt bestärcket hat: So
haben wir Klägers Gravamina vor unerheblich geachtet/
und also voriges Urthel bestätigt. lidem ICTi receperunt
mense Decembri eiusdem anni testimonium senis decre-
piti, eorum, contra quos producebatur, focerit & avi, ac
nul-

nullatenus suspecti, sed qui ut iuraret persuaderi non potuerat, tamen enixissimis verbis se verum dicturum declararat & paulo post mortuus fuerat. Weil der andere Zeuge der Klägere Schwieger- und Großvater/ also in dem/ was er gegen sie deponiret/ ganz unverdächtig ist/ und seine Aussage/ weil ihn das Iudicium seines hohen 81. jährigen Alters halber zum Eyde nicht zwingen wollen/ dergestalt/ wie er sie allemahl in seinem Gewissen und vor Gottes Richterstuhl verantworten könnte/ gethan/ solche auch nachgehends durch den Todt bestärket/ bey welchen vielen Umständen sein Zeugniß einer eydlichen Deposition gleich geachtet wird; So n. Videtur hic iterum dissentire Strykius, qui de effatis agonizantium cap. 3. n. 6. agonizantem testem iureiurando, ni partes hoc remittant, constringi oportere dicit. Sed ad hæc iam supra responsum fuit.

XIII.

Aliquando iusiurandum ob mortem eius, cui impositum fuit, pro deserto habetur.

Detulerat quis seni morbido, comprobante iudice, iusiurandum, cuius præstationem senex hic variis artibus, excipiendo, protestando, dilationes petendo, leuterando huc usque eluserat. Monebat deferens, sibi, si senex tergiversari pergeret, atque inter istas moras moretur, irreparabile damnum imminere; heredes quippe senis nullam negotii, de quo litigaretur, notitiam habere, atque adeo facile de credulitate iuratuos. Petebat igitur, vt, si hoc accideret, iusiurandum pro deserto declararetur. Res sine dubio non erat. Nam iusiurandum ex recepta in foro sententia tunc demum pro deserto habetur, quum iurare iussus in die a iudice præfixo non compareret. Vide *Martini Processum tit. 18. §. 9. n. 167.* At

C 2

hoc

hoc nondum acciderat. Senex enim artibus, ut dixi, fu-
 is effecerat, ut iudex diem certum nondum præfigere po-
 tuisset. Ergo pœna confessionis *lege 38. de iureiurando* in
 eos, qui iurare nolunt, statuta hic locum invenire non vi-
 debatur. Sed quia tamen ex actis apparebat, senem non ex
 gravibus causis tergiversari, sed moras quærere & pro his
 obtinendis sæpe frivolas & leves rationes prætexere, cre-
 didimus secundum *L. 173. §. 2. de Reg. iuris* & *c. 25. de Reg.
 iuris in 6.* moram hanc seni soli non adversario eius nocere
 debere, atque sic mense Septemb. anni **MDCCCXXI.**
 pronunciamus: Daſerne diejenige / denen der Eyd de-
 feriret / ſich deſſen ferner weigern und vor der Abſchwê-
 rung ihres vernuthlichen Alters halber mit Tode abgehen
 ſolten / ſo werden die Punkte / darüber der Eyd deferiret /
 vor eingeräumet gehalten. Similem fere in modum men-
 ſe Decembri anni **MDCCCXIX.** respondimus: Es hat
 der beſſagten Vorſahre es darinnen verſehen / das er den
 ihm auferlegten Eyd nicht ſlechterdinges angenommen /
 ſondern voher Communication der Eydes-Formul, welche
 er doch aus dem der Klage beygelegtem Zettul ſub C. ge-
 nugsam erſehen können / gefodert / nachgehends den von
 der Klägerin auf den 2. November 1713. ausgebrachten
 Termin zur Eydesleſung vorbeſt ſtreichen laſſen / hierauf
 weiter ſub No. Actorum 22. ſeine acceptationem iuriſiur-
 andi zurücke genommen / und ſich zur Gewiſſens-Vertre-
 tung und Beweis offeriret / gleichwohl wiederum in der
 Schrift ſub No. 26. ſein petitum geändert und Ausmeſ-
 ſung des Landes / editionem formulæ iuriſiurandi und den
 Eyd vor Befehde gefodert / wodurch die vorige Urtheils-
 faſſer bewogen worden / den deferirten und erkannten Eyd
 vor deſert zu erkennen / und Beſagte nach der Klägerin
 petito zu condemniren. Nun führen zwar dieſelbe in ge-
 gen-

genwärtiger Revisions-Instanz zu Entschuldigung ihres
 Eblassers an / daß selbiger die Communication der Ey-
 des-Formul nicht booshaftig / sondern zu besserer Unter-
 suchung seines Gewissens gefodert / daß Klägerin selbst die
 Sache nach geschehener Acceptation über 2. Jahr liegen
 lassen / daß unterdessen Beklagten Anwald gestorben / daß
 als Beklagter so wohl wegen Länge der Zeit / als aus Man-
 gel der Privat-Acten den eigentlichen Zustand und Beschaf-
 fenheit des Proceses nicht gewußt / daß er dieserhalben noch
 in ipso termino des 2. Novemb. 1713. eingekommen und
 um eine Frist ad revidendum acta gebeten / und das obge-
 meldete variationes aus Unwissenheit hergestlossen. Diese
 Momenta hätten uns auch vielleicht / im Fall der Daue
 Rettmer noch am Leben wäre / bewegen können / denselben
 in integrum zu restituiren und zu Abschwehruß des Eydes
 zu lassen. Alldieweil aber derselbe nunmehr verstorben /
 gleichwohl der von ihm acceptirte Eyd unmöglich pro pra-
 ctito geachtet werden kan / in Erwegung / daß er seiner Sa-
 chen selbst nicht gewiß gewesen / sondern vorher sein Ge-
 wissen untersuchen wollen / auch zu diesem Ende die Edici-
 on der Eydes-formul und Ausmessung des Landes urgiret /
 hiernächst den jetzigen Beklagten / welche von der Sache
 keine eigentliche Wissenschaft haben / die Abschwehruß
 des Eydes de credulitate zu verstaten / der Klägerin höchst
 präjudicirlich fallen würde / übrigens nicht zu leugnen ist /
 daß Daue Rettmer bey obangeführten Umständen es et-
 was versehen und durch die vorgeschübte ignorantiam facti
 proprii / welche die Rechte ohne des verwerffen arg. L. 7.
Ad SC. Vellei. nicht genugsam entschuldiget wird / folglich
 die Billigkeit erfordert / daß die von selbigem begangene
 culpa mehr seinen Erben / als der Klägerin / schade: So ha-
 ben wir es bey vorigem Urthel gelassen.




XIV.

Iusiurandum calumniæ propter mortem iuraturi intervenientem facile pro præstito habetur, nec ab heredibus exigitur.

QVæ supra *in medit* 1. & 2. ad hoc, ut iusiurandum a iudice impositum pro præstito habeatur, requisivimus, in iureiurando calumniæ tam rigide non exigimus. Ipsi iurium nostrorum conditores in hoc iureiurando faciliores, quam in aliis, sunt, & e. g. ad id præstandum etiam procuratorem admittunt, *c. ult. de Iuram. calumn. in 6.* quem alias a iurando, ni adversarius consentiat, arcent. Deinde in herede suspicio calumniæ ratione eorum, quæ defunctus gessit vel suscepit, exulat, censeturque is in bona fide esse, arg. *L. 42. de Reg. iuris.* Puto itaque, heredem ad iusiurandum calumniæ, quod defuncto impositum fuit, præstandum plane non obligari, tametsi defunctus se ad præstandum nondum obtulerit. Et sic respondimus mensè Septembri anni 1600. Es bleibet/ so viel den deferirten Eyd betrifft/ bey dem Vol. I. fol. 280. befindlichem Bescheide billig/ und hat nunmehr/ da jetziger Beflagter von dem mit seinem Vater vorgegangenen facto keine eigentliche Wissenschaft haben kan/ noch den geringsten Verdacht einiger calumniæ wider sich hat/ der Eyd vor Befehrd keine statt.

COROLLARIA.

1. Si testes denominati ante examen propter moras & tergiversationes eius, contra quem producuntur, moriantur, æquum est, ut iudex tamen in sententia ferenda eorum rationem, ac si in favorem denominantis respondissent, habeat, arg. *L. 173. §. 2. de Reg. iur.*
2. Dictum morientis etsi iureiurando firmatum creditoribus debitoribusque eius non nocet. *Novella 48. cap. 1. §. 1.*
3. Patri, si quid in testamento suo in præiudicium legitimæ affirmavit, non tamen creditur post mortem, nisi iusiurandum adiecerit. *Novella 48. cap. 1. Vide exemplum in Spec. XCII. de Gravamine legitima illegitimo med. 4.*



PRAESES

GENEROSO PERQVAM ET NOBILISSIMO

RESPONDENTI

SALVTEM DICIT.

QUum sub primo in hanc academiam adventu tuo etiam ad me venires opemque meam & institutionem expeteres, te inter iurisprudentiam & theologiam fluctuere atque incertum esse, quam potissimum discendam sumeres, dixisti: raro profecto inter adolescentes nobiliores exemplo, quos fere omnes sacra studia temnere & tenuioribus relinquere, non sine indignatione videmus. Ego vero incertitudinem hanc tuam non solum egre non tuli, sed te etiam propterea magis amavi, & non sine voluptate animadverti, te longiuscule deliberare, atque interim tantum in utraque disciplina proficere, quantum alii in una, quam confestim eligunt, non solent. Optavi, ut plures exem-

exemplum tuum sequerentur, & ad iustitia sacerdotium,
quo se iureconsulti iactant, animum divinis literis &
pietate imbutum adferrent. Felicius fortasse foret ius
nostrum. Nunc enim, ne quid dissimulem, corruptum
illud est & contaminatum. Dixit de suo tempore Pa-
ris de Puteo, plura in curiis & tribunalibus, etiam
supremis, latrocinia & rapinas, quam in Arabum de-
sertis, committi. Eadem vero adhuc est rerum facies,
si non peior. Nec aliam video mali huius caussam, quam
quod religionem cum arte sua rarissime colligant iure-
consulti. Abs te igitur, qui academicorum annorum
partem in theologia posuisti, & cum hac solidiorem iuris-
prudentiam coniunxisti, optima quævis spero. Doctus
es simul ac pius, & ingenium habes rebus gerendis a-
ptum. Qui tales sunt, de iis spes concepta me nun-
quam fefellit. Præterea patrem nactus es, illustrem
virum, meritisque suis & virtute notum. Provide igi-
tur, ut, quam ab hoc & maternis maioribus, Curtius,
patriæ tuæ fulcris olim & decoribus, accepisti, glori-
am vicissim posteris tuis imitamentum relinquis.
Vale. Helmstädi VI. id. septembr.
anni c*l*o*cc*XIV.







ULB Halle
003 140 865


3



TA-FL







3.
DISPUTATIO ACADEMICA
DE

1724, 6

3

9

**MORTE VIM
IVRISIVRANDI
HABENTE**

PRAESIDENTE

AVGVSTINO LEYSERO,
IN AVLIS MAGNAE BRITANNIAE REGIS
ET BRVNSVICENSIVM DVCIS CONSILIARIO,
IN ACADEMIA IVLIA IVRECONSVLTO

PVBLCIE DEFENSA

A

**LEOPOLDO ADOLPHO
DE
DVNCK-HERREN**

MEGAPOLITANO-STRELITZENSI

D. SEPTEMBR. ANNI MDCCXXIV.

Helmstadt,

TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII,
ACAD. TYPOGR.